

sæculum sæculi, * cornu
ejus exaltabitur in glória.

Peccátor vidébit, et ira-
scétur, & déntibus suis fremet
et tabéscet : * desidérium
peccatórum peribit.

Psalmus 112.

LAUDATE púeri Dómi-
num : * laudáte nomen
Dómini.

Sit nomen Dómini bene-
dictum, * ex hoc nunc, et
usque in sæculum.

A solis ortu usque ad
occásum, * laudábile nomen
Dómini.

Excélsus super omnes
gentes Dóminus, * et super
cælos glória ejus.



Quis sicut Dóminus Deus

Antiphona Ante lucíferum., Capitulum, Hymnus, V. ut
in j. Vesp.

Ad Magnif.

Ant.

viiij. toni.



noster, qui in altis hábitat, *
et humília réspicit in cælo
et in terra?

Súscitans a terra ínopem, *
et de stércore érigens páu-
perem :

Ut cóllocet eum cum
príncipibus, * cum princípi-
bus pópuli sui.

Qui habitáre facit stéri-
lem in domo, * matrem
filiórum lætántem.

Psalmus 116.

LAUDATE Dóminum om-
nes gentes : * laudáte eum
omnes pópuli :

Quóniam confirmáta est
super nos misericórdiæ ejus : *
et véritas Dómini manet in
ætérum.